ſitu negeſ certo ſcio te inſcientē atq; inprudentē dicere ac facere
omnia tot peccata in hac re oſtendiſ. nā iam primū ſi meū im
periū exſequi uoluiſſeſ interemptā oportuit nō ſimulare mor id ē illā filiā
uerbiſ re ipſa ſpē uitę dare. at id omitto miſericordia animuſ
[m]aternuſ ſino. quā bene uero abſte pſpectū ē quid uoluiſti cogita.
[ne]pe anui illi pdita abſte filia ē planiſſime. pte uel uti quaeſtum
[fa]ceret uel uti ueniret palā. credo id cogitaſti quiduiſ ſatiſ ē.
[d]ū uiuat modo. quid cū illiſ agaſ qui neque iuſ neque bonū atq;
[a]equū ſciunt. meliuſ peiuſ pſit obſit nihil uident niſi qd lubet.
SOS mi chreme peccaui fateor uincor nunc hoc te obſecro
quanto tuuſ ē animuſ natu grauior ignoſcentior ut meae
ſtultitiae iuſtitia tua ſit aliquid pſidii. CHR ſcilicet equidem
iſtuc factū ignoſcā uerū ſoſtrata male docet te mea facilitaſ
multa ſed iſtuc quid ē qua hoc occeptū ē cauſa loquere SOS
ut ſtultae et miſere omſ ſum religioſe cū exponendā do illi.
de digito anulū detraho et eū dico ut una cū puella exponeret.
ſi moreretur ne expers partiſ eēt de nriſ boniſ. CHR iſtuc
recte conſeruaſti te atque illā SOS hic iſ ē anuluſ. CHR un
de habeſ. SOS quā bacchiſ ſecū adduxit aduleſcentulā SYR hem.
CHR quid ea narrat SOS ea lauatū dū it ſeruandū mihi dedit ani
mū nō aduorti primo ſed poſtquā aſpexi ilico cognoui ad te
exilui CHR quid nunc ſuſpicare aut inueniſ de illa. SOS neſcio
niſi ut ex ipſa quaeraſ unde hunc habuerit ſi poteſt repperiri.
SYR interii. pluſ ſpei uideo quā uolo nrā ē ſi ita ē. CHR uiuit

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_123_93R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4975)